



Forum Ecclesiasticum

In Quo Jus Canonicum Universum, Librorum Ac Titulorum Ordine Per Quæstiones Et Responsa, Tam Canonistarum Veterum & Recentiorum, quàm Legistarum, in iis, quæ Utrique Juri, Canonico Et Civili Communia Sunt, Authoritate stabilita, Methodo clara & facili explanantur

Leuren, Peter

Moguntiae, 1719

Quæst. 983. An & qualiter necessarius sit ad salutem & alia sacramenta suscipienda & administranda Baptismus fluminis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73957](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73957)

divortii. Ne manifesto periculo perversionis & apostasie exponantur, parentibus autem auferri eorumque tutelae & gubernationi (utpote quae etiam parentibus infidelibus, maxime respectu prolium adhuc rationis usu carentium, competit) subduci sine iniustitia non possint, Baptismus, ex quo collato sequitur illa subtractio facienda illis, licet conferri non potest, quamdiu manent sub eorum tutela & potestate. Et ita docent cum communiore D. Th. 3. p. 9. 68. a. 10. Suar. l. c. 5. 3. concl. 1. Laym. l. c. n. 10. concl. 2. Barb. in can. *Judaorum*. 28. q. 1. n. 2. quos citat & sequitur Wiclin. b. 1. n. 26. Quod si verò bello capti, in servitute Christianorum redacti, & sic horum dominio & potestati subiecti, poterunt in viris eorum parentibus licetè baptizari. Suar. S. 4. Laym. cit. n. 10. §. porro Idem est si alio modo, etiam iniuste abstracti a parentibus sine ulla spe ad eos unquam redeundi, aut etiam in articulo mortis constituti, vel perpetuo amentes; cum tunc esset dictum periculum apostasie & perversioni. Laym. l. c. §. dixi. Castrop. l. c. d. unic. p. 6. a. n. 14.

Quest. 981. quis sit Minister Baptismi?

Resp. validè etiam citra necessitatem administrari potest à laicis tam viris quam fœminis, imò à non baptizatis juxta c. 1. de Sum. Trinit. can. à quodam *Judeo. can. mulier. dist. 4.* & Decretum Florent. Ecclesiaeque traditionem & universalem consuetudinem. Extra necessitatem verò licetè non nisi ab Episcopis jure ordinario vel per horum communicationem à presbyteris non quibuscunque, sed Parochis similiterve curatis, & aliis verò non nisi ex delegatione seu commissione Episcopi vel Parochi, qui etiam Diacono committere possunt solennem Baptismi administrationem, uti etiam ex privilegio Pontificis ea administratio competit nominatim Episcopis Societatis JESU pro terris in-

fidelium non habentes Parochias fundatas ita Wiclin. n. 28.

Quest. 982. qui sint effectus Baptismi?

Resp. sunt tres sequentes. Primus gratia remissiva peccati originalis in parvulis & perpetuò amentibus, in adultis etiam peccatorum actualium omnium can. 2. dist. 4. de consecrat. c. 1. & clem. unic. de Sum. Trinit. c. majores h. t. Trid. Sess. 5. decreto de pecc. origin. can. 5. Secundus remissio totius pœnæ temporalis & aeternæ. Trid. Sess. 6. c. 14. Tertius character indelebilis, ob quem Baptismus sine sacrilegio recitari nequit. Trid. Sess. 9. de Baptif. can. 12. quos tamen effectus non producit Baptismus fictè susceptus, dum nimirum suscipiens etiam ore dicat se velle baptizari corde tamen non vult baptizari. Proinde dum dicitur in c. c. majores, eos, qui fictè recipiunt Baptismum, recipere Sacramentum & characterem, id ita intelligendum, quòd praesumantur in foro externo recipere Sacramentum & characterem, unde & cogi possunt ad observantiam fidei & legis Christianae, licet te ipsa neutrum receperint. Ut cum Glos. in c. c. majores. V. perdurare. Pith. b. t. n. 9. & alii. Uti etiam Sacramentum & characterem non recipiunt amentes & dormientes, si ante amentiam & somnum contradixerunt susceptioni Baptismi; quia praesumitur in illis propositum illud contradictionis, secus est in iis, qui ante amentiam vel somnum non tantum non contradixerunt, quia nihil fecerunt aut illis occurrit de Baptismo, sed & positivum propositum habuerunt suscipiendi Baptismum, ut Catechumeni; in iis enim praesumitur dictum propositum seu voluntas perdurare, quemadmodum ea semel habita praesumitur perdurare, quamvis non probatur mutata. Unde & Ecclesia tales amentes & dormientes in articulo necessitatis non solet baptizare.

TITULUS XLIII.

De Presbytero non baptizato.

Quest. 983. An & qualiter necessarius sit ad salutem & alia Sacramenta suscipienda & administranda Baptismus fluminis.

Resp. Ad primum: tametsi adultis ratione utentibus ad salutem necessarius non sit Baptismus fluminis, sed sufficiat Baptismus sanguinis vel fluminis, hoc est, Baptismus fluminis susceptus in voto seu desiderio, dum hujus copiam non habent, vel quia bona fide credunt se ipsa jam baptizatos Baptismo fluminis, ut satis constat ex Trid. Sess. 6. c. 4. & tradunt Laym. l. 5. rr. 2. c. 6. n. 6. Castrop. rr. 18. d. unic. p. 8. n. 2. ex S. Aug. ex ea etiam ratione, quòd ante Baptismum fluminis exercendo actum contritionis vel dilectionis DEI super omnia gratiam & salutem consequantur, si post eam ante Baptismum fluminis moriantur juxta c. 4. de Baptif. c. 2. h. t. in istiusmodi autem dilectione DEI votum servandi omnia DEI praecepta, & consequenter etiam suscipiendi Baptismus fluminis contineatur. Infantibus tamen & amentibus

necessarius est extra martyrium Baptismus fluminis, quippe qui dicti voti seu desiderii capaces non sunt. S. August. l. 3. de anima c. 9. Bellarm. de Baptif. c. 4. Suar. in 3. p. Tom. 3. d. 25. S. 1. & Catholici omnes.

2. Resp. ad secundum: Baptismus fluminis absolute necessarius, ita ut non sufficiat Baptismus fluminis ad omnia alia Sacramenta validè recipienda utpote janua ad caetera, ut cum D. Tho. 3. p. 4. 35. a. 3. cum communi orthodoxorum juxta c. 1. & 3. h. t. & can. si quis caus. 1. q. 1. Unde si presbyter sive bona fide absque Baptismo ordinatus, baptizari & de novo ordinari debet, & si ordinari denuò nolit, manet laicus, & matrimonium contrahere potest validè quidem, sed non licetè cum in illa ordinatione sui tacitè videatur edidisse votum simplex castitatis, quod observare teneretur, etsi ordinariorum illius fuerit invalida. Arg. c. 12. de convers. conjugator. Neque his obstant, quae pro sufficientia Baptismi fluminis ad valorem ordinum aliorumque Sacramentorum adducunt aliqui. Non primò, quòd per Baptismum fluminis factus sit membrum Christi, nam, esto sit membrum illius quo

quod ad internam conjunctionem cum eo per gratiam, non tamen quod ad conjunctionem externam cum eo & toto Ecclesie corpore, utpote cuius membra facta, & sensibili seu externo aliquo signo in unum aliquod corpus colliguntur, & caractere per illud signum animæ impresso jus ad cætera Sacramenta & bona Ecclesie acquiruntur. Ita Wiestn. *h. t. n. 5.* cum Gonzal. *in c. fin. h. t. n. 4.* Non secundò, quòd juxta *cut. c. finale.* Cum solo Baptismo fluminis recipi possint Sacramenta Matrimonii & Eucharistie. Nam tale matrimonium non est verum novæ legis Sacramentum, sed contractus merè civilis. Eucharistia etiam ante Baptismum fluminis licitè & fluctuosè suscipi nequeat ut ex Homilia S. Basilii probat Wiestn. *n. 6.* Non tertio, quòd dicatur Apostolos ordinatos à Christo Sacerdotes ante passionem in ultima cæna, baptizatos verò post ejus resurrectionem, dum dictum illis: *Evangel. docete omnes gentes &c.* nam contrarium nimirum baptizatos ante passionem probabilis longè & tantum non tantquam dogma fidei sentiunt cum S. August. *in Joan. tr. 15.* D. Th. *in 4. dist. 3. q. 1. a. 5.* Suar. *Tom. 3. d. 19. S. concl. 1.* alique TT. passim, eo nixi fundamento, quòd Joan. 3. v. 22. dicitur; *Venit JESUS & Discipuli ejus in terram Judæam, & sibi memorabatur cum eis & baptizabat.* Et Joan. 4. v. 1. & 2. dicitur; *Quoniam JESUS non baptizaret, sed Discipuli ejus &c.* utique non Baptismo Joannis sed Christi seu à Christo instituto, testantur vel ipso Joanne se baptizare in aqua, Christum autem in Spiritu Sancto & igne. Unde jam liquidò infertur, Apostolos baptizantes jam priùs baptizatos fuisse Baptismo fluminis.

Resp. Ad tertium. Ad Sacramenta, quæ ab ordine verè suscepto & consequenter à Baptismo fluminis dependent validè administranda necessarius est Baptismus fluminis in ministrante. Hinc presbyter re ipsa non baptizatus, quantumcunque errore communi habeatur pro baptizato & vero Sacerdote invalidè absolvit & consecrat; cum enim valor horum actuum ex jure divino dependeat à valore Baptismi, hujus defectus propter errorem communem ab Ecclesia suppleri nequit, & ita do-

cent Abb. *in c. Apostolicam. h. t. n. 1.* Decius *in c. fin. de constit. n. 64.* Paludan. *in 4. d. 17. q. 6. a. 1.* Pirh. *h. t. n. 3.* Winstn. *n. 10.* Reiffenst. *n. 2.* Engels. *n. 3.* quidquid sit de eo, num, ut cum D. Th. sentiunt Sylv. *V. Baptismus. 6. n. 3.* Barb. *in c. 2. h. t. n. 2.* eosque secutus Reiffenst. *n. 3.* piè credendum sit, Christum suppleturum aliunde effectus, quos alia Sacramenta validè collata producerent in suscipientibus ritè dispositis, ad præcavenda magna pericula, quæ aliàs inde Ecclesie imminerent. Quam tamen piam credulitatem vix reperiri fundatam in S. Scriptura aut SS. Canonibus cum Soto *in 4. d. 24. q. 1. a. 4. §. ad tertium* asserit. Wiestn. *cut. n. 10.* Econtra validè non tantum confertur Baptismus, utpote qui etiam à non baptizato confertur potest, sed etiam licitè assistit matrimonio parochus ob defectum Baptismi tantum putativus, ac consequenter re ipsa carens jurisdictione ad talem assistentiam requisita; quin & ex commissione veri Parochi eidem assistere potest laicus, si ex communi æstimatione & errore reputetur Sacerdos; eò quòd error communis ob utilitatem publicam suppleat defectum potestatis jurisdictionis juxta *L. Barbarius. ff. de off. Pretor. & can. infames. 3. q. 7.*

Quest. 984. An & qualiter ad suscipiendos ordines prærequiratur in ordinando Sacramentum Confirmationis?

Resp. non requiritur ad valorem ordinis. Requiritur tamen de præcepto, ut constat ex Decreto Trid. *sess. 23. c. 4. de reformat.* ita ut etiam prohibita sit susceptio primæ tonsuræ ante Confirmationem, De quo vide Azor. *p. 2. L. 3. c. 48.* Abb. & Barbol. *in c. 1. 2. & 3. h. t.* obligare hoc præceptum graviter censent Tanner. *de Sacram. d. 4. q. 4. n. 88.* Pontius *de Sacram. Confirmat. c. 3. n. 6.* apud Wiestn. *h. t. n. 11.* secluso contemptu, scandalo & speciali necessitate, non obligare nisi venialiter sentiunt apud eundem Laym. *L. 5. tr. 3. Castrop. tr. 20. d. univ. p. 8. n. 6. in fine.* Barbol. *de off. Episc. alleg. 2. n. 15.*

TITULUS XLIV.

De custodia Eucharistie, Chrismatis, & aliorum Sacramentorum.

Quest. 984. quidnam præcipiatur vel prohibeatur duobus capitulis hoc titulo contentis.

I. Resp. primò: Capitulo primo desumpto ex Concilio Generali Lateranensi præcipit Innocentius III. ut in cunctis Ecclesiis asservetur Chrisma, hoc est, oleum mixtum balsamo, benedictum ab Episcopo pro Sacramento Confirmationis, & oleum simplex benedictum pro conferendo Sacramento extreme Unctionis. Item ut ob varios fines, quos recenset Wiestn. *h. t. n. 2.* & quorum aliqui olim in usu, modò sublatis asservetur sub fidelis custodia & clavibus Sacerdotis (nimirum qui istius Ecclesie curam habet) Eucharistia ne, ut dicitur ibidem, possit ad illa temeraria manus extendi ad aliqua horribilia

& nefaria (puta sacrilegia artes magicas supersticio-nesque) exercenda, ita ut, si is ad quem spectet hæc custodia fuerit incautus & negligens, tribus mensibus suspendatur ab officio; & si ob ejus incuriam nefarium quid contingat, gravius (ad arbitrium judicis, cum hic non determinetur) puniatur. Unde pastor tenebitur ad omnia damna, quæ ex hac ejus negligentia secuta resarcire. Abb. *h. t. n. 2.* Pirh. *n. 1.* Circa quam asservationem notandum, debere ante Altare seu tabernaculum aliumve locum decentem, ubi Eucharistia deponitur, lampadem accensam diu noctuque pendere juxta generalem Ecclesiarum usum & quarundam etiam statuta Nav. *de orat. c. 18. n. 67.* Passerin. *de off. curati. c. 12. n. 68.*

2. Resp. secundò: Capitulo secundo *h. t.* ex eodem Concilio desumpto præcipitur, ut oratoria,

vala,